

celebratur, unde similes inconvenientiae occurrunt, quia in nostro Calendario plerumque fit de duplici translato coloris albi, non sine admiratione Populi, qui Festa Apostolorum solemniter celebrat: S. C. resp.: Pro gratia in omnibus juxta preces. n. 4842 ad 1 die 1. Sept. 1838.

*Ad dubium:* Quando Sacerdotes Congregationis SSmi. Redemptoris apponere debent in Officio Commemorationes, seu Suffragia Sanctorum, tenentur inter illa apponere tantum Commemorationem S. Alphonsi Mariae Institutoris Congregationis, vel illam etiam adjicere SSmi. Redemptoris Congregationis Titularis?

Et S. eadem R. C. . . rescribendum censuit:

„Affirmative ad primam partem. negative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit. n. 5185 ad 1 die 7. Maji 1853.

## 2) Dioecesanum.

### a) Jus reformandi.

*Octavae* (moderatio); *Festum* (mutatio etc.); *Officium feriale*; *S. Gregor. PP. VII.* (transl. decr. n. 4561 nota); *Translat. fest. ejusdem ritus* (decr. n. 4161); *Simplex* (perpetuo impedit; decr. n. 4181); *Ritus Offic.* (mutat.); *Transl. perpetua* (non licet Episcopo); *Regulares* (Off.; decr. n. 4688); *Breviar. monasticum*; *Moniales* (Breviar.); *Sancti*.

S. R. C. facultatem tribuit Episcopo Santanderien. reformandi Calend. juxta petita pro suo arbitrio et prudentia, ita tamen ut de Festis secundariis, quae supprimuntur, fiat commemoratio in utrisque vespers Laud. et Missa cum 9. l. ad Matut. et quoad omnia serventur rubricae. n. 4448 ad 11 — 14 die 22. Jan. 1793.

*Ad dubium:* an per decretum in una Santanderien. (22. Januar. 1793) concessa sit *quibuslibet* Episcopis facultas reformandi proprium Calenda-

rium, juxta ibi petita, et prout opportunum et conformiter ad rubricas necessarium judicaverit (Episcopus Cordubensis). Et quatenus negative: Supplicat Orator pro gratia ad hoc, ut possit procedere ad reformanda Calendaria suae Dioecesis et Monialium ejus jurisdictioni subjectarum? S. C. resp.: Negative ad primam partem; quoad secundam vero Orator transmittat exemplar Calendarii reformandi, ut S. C. examini subjiciatur. n. 4501 ad 6 die 12. Nov. 1806.

Concedi posse Episcopo, ut ipse cum duobus Canonicis, quorum unus ab ipso, alter a Capitulo eligatur, in iis quae ad debitum in divinis Officiis regimen spectant et caeteris, quae necessaria erunt pro Ecclesiae utilitate, certam formulam praescribere valeat, usque ad Synodum Prov. proxime habendam, quae tamen regulis Pontificalis rom. ac Breviarii et Missalis non adversetur. n. 53 die 6. Julii 1593.

Non potest Episcopus extendere ad suam Dioecesim Officium illud, quod fieri solet in civitate. S. R. C. 16. Jan. 1707. *In Bojan.*

Festa Sanctorum celebranda sunt eo die, quo cadunt. Verum si incidant in diem impeditam, transferenda sunt in alteram diem non impeditam juxta rubr. Breviar. roman. neque immutari possunt de licentia Ordinariorum. S. R. C. 14. Nov. 1620; 22. Nov. 1631; 3. Dec. 1630; 2. Sept. 1690.

Cum Officia non sunt ejusdem ritus Episcopus in sua Dioecesi non potest minus digno fixum diem assignare. S. R. C. 15. Mart. 1698.

### b) Obligatio.

Vd. *Regulares*; *Officium* (obligatio); *Festum Dioeces.*; *Calendar. Congreg. ss. Redempt.* (decr. n. 4581 ad 3 et 6 nota).

*Ad dubium:* num Regulares possent ultra Officia propria Sanctorum Ordinis recitare etiam Officia propria, quae

habentur in Calendario Dioecetano? S. C. resp.: non posse Regulares uti Calendario Dioecetano; sed tantum teneri ad recitationem Officii proprii Sanctorum Patroni principalis scilicet Titularis Ecclesiae Cathedralis et Protectoris civitatis. n. 1805 die 10. Jun. 1656; n. 3316 die 11. Julii 1693; n. 4348 ad 3 et n. 4349 die 15. Julii 1769; n. 3019 ad 1 die 20. Martii 1683; n. 3125 ad 2 die 5. Oct. 1686.

Hoc decretum comprehendit etiam Moniales Ord. s. Benedicti, dummodo alio speciali indulto non gaudeant. n. 3622 ad 1 die 18. Mart. 1702.

*Ad dubium:* an Canonici Savonen. ratione subjectionis Metropolitanae Mediol. possint recitare Officia et celebrare festa Sanctorum, quae recitat et celebrat ipsa Metropol. Mediol.? S. C. resp.: *Negative.* n. 2692 die 14. Apr. 1674.

*Ad dubium:* an Canonici regul. s. Augustini Ordinarii locorum subjecti, habentes proprium sui Ordinis Calendarium, teneantur praeterea ad festa Dioecetana recitanda? S. C. resp.: non teneri. n. 4018 die 16. Maji 1733.

Religiosi utentes Calendario Dioecetano tenentur se conformare eidem Calendario pro Officiis SSrum., quae specialiter fuerunt concessa Congregationi et non possunt illa recitare diebus in concessione pro tota Congregatione assignatis. n. 4581 ad 6 die 3. Apr. 1821.

*Ad dubium:* an PP. Minor. Provinciae s. Mariae de Arrabida Portugalliae debeant vel possint continuare recitationem Officiorum specialium Calendarii Dioec. vel ab illa totaliter abstinere? S. C. resp.: negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et serventur decreta S. C. et Constitutiones Ord. n. 4249 ad 2 die 11. Jan. 1755.

Venetis pluribus ab hinc annis multae Ecclesiae Parochiales, vel Collegatae, atque Regularium destructae

sunt, vel in usus profanos conversae, ex iis autem, quae cultui divino servatae fuerunt triginta tantum nova territorii divisione constitutae sunt Parochiales, reliquae vero vel regularibus Ordinibus progressu temporis restitutae, vel Parocho intra jurisdictionis novos fines extant, traditae sunt administrandae per Vicarium, vel Rectorem, qui absque ulla canonica institutione, sed Patriarchali solum mandato Missam ibi quotidie celebrat, et Poenitentiae, atque SSmae. Eucharistiae continuo servatae Sacramenta cum dependentia a Parocho ibidem Fidelibus administrat; et Festis praecipue diebus solemnum Missarum et Vesperarum functiones peragit. Pro singulis iis Ecclesiis Vicarialibus exarata fuit usque nunc quotannis appendix propria ad Calendarium Dioecetanum, in qua praeter Officia Titularis et Dedicationis, cetera quoque Officia adnotantur, quae ratione corporis, vel insignis Reliquiae, vel alio ex peculiaribus privilegiis a S. Sede obtentis celebranda sunt juxta Rubricas, additis etiam singulis pro Ecclesiis cujuslibet Paroeciae sub ritu dupl. II. cl. Officiis Titularum Ecclesiarum, quae nunc dirutae, vel in usus profanos conversae sunt, extabant vero intra fines ipsius Paroeciae. Ratio autem hujus additionis haec est: felix recordationis Cardinalis Jacobus Monico Patriarcha Venetiarum in petitione pro novo totius Dioecesis Calendario, quod a S. R. C. concessum fuit de anno 1830 die 3. Aprilis, postulaverat, ut Officium de Sanctis olim Titularibus praedictarum non amplius existentium Ecclesiarum celebraretur sub ritu dupl. II. cl. in omnibus Ecclesiis Paroeciae intra cujus fines extabant antiquae illae Ecclesiae ad memoriam earumdem servandam, et ad fovendam cleri, populique devotionem erga antiquum Paroeciae Patronum. Quamvis vero in hujus S. C. Decreto die 3. Aprilis 1830

superius relato sermo sit tantummodo de Calendario communi totius Dioecesis, tunc temporis Caeremoniarum Magister implicite concessum duxit, quod a Patriarcha postulatum fuerat circa Officia de antiquis Ecclesiarum non amplius existentium Titularibus ideoque Patriarchali Decreto injuncta fuit eorum Officiorum additio in Appendicibus, de quibus superius relatatum est. Quum vero ex varia interpretatione Decretorum hujus S. R. C., et praesertim quorundam ex recentioribus, nonnulla orta sint circa usum harum Appendicum, ad tollendam omnem anxietatem quaeritur:

1. An Sacerdotes ordinati titulo Patrimonii a Benefactoribus fundati cum onere propriae Paroeciae inserviendi, possint vel debeant sequi relatam Appendicem propriae Parochialis Ecclesiae in Divini Officii recitatione, sicuti usque nunc plerique fecerunt. Quaeritur 2: An Vicarius vel Rector memoratarum Ecclesiarum Vicarialium, vel Rectoralium possint vel debeant sequi relatam Appendicem Ecclesiae cujus est Vicarius, vel Rector, sicuti usque nunc omnes fecerunt. Quaeritur 3: An quum Venetiarum Ecclesiis olim additi fuerint stricto servitio tamquam Collegiatis aliqui Sacerdotes ordinati privilegio Sixti Papae V ad titulum servitutis Ecclesiae, qui in praesentiarum quoque percipiunt, quae de subrogatis beneficiis, et Capitulari Mensa supersunt bona, hi quoque possint vel debeant recitare, sicuti usque nunc recitarunt, Officium juxta memoratas Appendices illius Ecclesiae, cujus titulo servitutis ordinati sunt, cuique et in praesens deserviunt. Quaeritur 4: utrum omnes celebrantes in hujusmodi Ecclesiis Parochialibus, Vicarialibus, vel Rectoralibus in Missae celebratione, nisi obstant alia vulgata Decreta hujus S. R. C., et praesertim diei 7. Sept. 1816 in Tuden, sequi debeant illud

Calendarium, quod e Dioecesano et Appendice exurgit?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit. Nihil aliud fuisse concessum praeter expressa in Decreto reformationis novi Calendarii peracta die 3. Mense Aprili Anno 1830, quae strictim ab omnibus sunt servanda; ceteris propterea quaestionibus inde ex supposito excitatis negative.

Atque ita rescribere censuit, et declarare. n. 5180 ad 11 die 25. Sept. 1825.

*Ad dubium:* An in casibus dubiis adhaerendum est Calendario Dioecesis, sive quoad Officium publicum, et privatum, sive quoad Missam, sive quoad Vestium Sacrarum colorem, etiam si quibusdam probabilior videtur sententia Calendario opposita? et quatenus affirmative, an idem dicendum de casu quo certum alicui videretur errare Kalendarium? S. C. resp.: „Standum Kalendario.“ Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 2.

### 3) Regularium.

Vd: *Calendar. Dioecessanum; Officium.* (oblig.) *Translatio; Breviarium; S. Cajetanus* (off.; decr. n. 4549 nota) *Regular.* (off.; decr. n. 4608); *Moniales* (Breviar.)

*Ad dubium* PP. Benedictinor. Einsidlen: Quid agendum sit Regularibus, quando in Dioecesi transfertur aliquod Festum ad aliquam diem in Choro, et Foro, in quo apud Regulares occurrit, vel saltem, ad quem transferendum esset Festum antiquius translatum, potissimum si sit majoris ritus, et dignitatis? V. G. si transferatur propter Dominicam Septuagesimae, et propter Dominicam Quinquagesimae Festum Purificationis B. V., idque in Choro, et Foro, jam facile contingere, ut in Dioecesi jam celebratum sit Festum SSmmi Nominis Jesu alia die vacua, non autem apud Regulares; celebrabuntne hi tertia Februarii cum Dioecesanis Festum Purificationis in

Foro, ulterius translato Officio Purificationis in Choro tantum? In Choro autem dicent tertia Februarii Officium de SSmmo Nominis Jesu? vel si videatur (quando simul transferenda sunt Festum SSmmi Nominis Jesu, et Festum Purificationis) prius reponendum sit posterius tamquam solemnus, utpote Festum Fori, esto alterum sit dignius; adeoque tertia Februarii in Dioecesi ponatur Festum Purificationis, et se illi, ulterius translato Festo SSmmi Nominis Jesu, conforment Regulares, qui tertia Februarii S. Blasium celebrant ritu simplici? Quid autem agent illi, apud quos S. Blasius celebratur ritu duplici, consequenter dies tertia Februarii non est dies vacua ad reponendum in ea Festum translatum Purificationis? Similis casus in Dioecesi Augustana contigit anno 1734, ubi Festum S. Georgii in Foro et Choro ab Ordinario loci est translatum, et repositum ad diem 15. Maji, ubi in multis Monasteriis aderant Festa antiquius translata, et in aliquo etiam Festum translationis sui Patroni, quod ritu II cl. eo loci celebratur. Eratne Regularibus illis agendum de S. Georgio, translato ulterius antiquius translato adhuc extante, aut Festo Regulari eo die cadente ejusdem, vel etiam majoris ritus; vel eratne cum Dioecesanis S. Georgius tantum in Foro celebrandus, et in Choro ulterius transferendus?

R. „Pro Festo SSmmi Nominis Jesu satis\*) provisum in Titulo de Translatione Festorum. Officium Purificationis transfertur ad primam diem non impeditam, juxta Rubricas Breviarii Romani de Translatione Festorum. Pro Translatione Festorum talis ratio habeatur, ut prius fiat Officium de prius descripto in Calendario, nullo habitu respectu, quod Officium trans-

\*) Vd.: S. Meinradus (decret. n. 4043.) Decreta authentica.

latum sit Ecclesiae Universalis, Nationis, Dioecesis, Ordinis, et Ecclesiae particularis. Quando occurrit Festum aliquod in Dioecesi, quod sit de praeepto quoad Forum, Regulares debent de eo Officium facere; nisi apud ipsos occurrat eadem die aliud Festum, quod sit ejusdem classis, ritus, et majoris dignitatis.“

### 4) Romanum.

Vid.: *Sancti; Patronus; Reliquiae; Festum* (dignitas etc.); *Breviarium; Canonisatio; Directorium.*

Non potuisse nec posse Ordinarios saeculares quam regulares addere Calendariis, etiam propriis, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quae Breviarii romani rubricis vel S. R. C. seu Sedis Apost. licentia conceduntur; neque propria auctoritate quavis praetextu mutare ritum, qui habetur in Calendario rom. seu Rubricis Breviarii, in altiorum ritum, neque extendere concessa Officia de loco ad locum p. 892 ad 1 die 13. Jan. 1631. De sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Civibus et aliis, de quibus in Calendario rom. seu rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur sed consulatur omnino ut par est. n. 892 ad 1. die 13. Jan. 1631.

Calendarium novum, veteri abrogato, ubicunque Terrarum recipiendum et observandum esse, illudque propterea . . . in Dioecessibus, in quibus hactenus introductum non est, omnino introduci et servari n. 1520 die 26. Novb. 1644.

Sanctis in Calendario rom. descriptis extra proprios dies non potuisse nec posse assignari alterum diem fixum et sedem propriam absque auctoritate Sedis apost. n. 3098 ad 4. die 24. Novb. 1685.

*Ad dubium:* Utrum Capitulum Oppidi Villafranca, cum ulterius non

utatur Calendario Toletano, possit Astoricensi Ordinario uti? Et quatenus negative, quo Calendario uti debeat supradicta Capitularis Ecclesia?

Et S. eadem C. respondit:

„Negative, et adhibendum esse Calendarium Romanum, exceptis Officiis peculiariter concessis Clero dumtaxat Urbis, vel totius Status Ecclesiastici, vel Italiae cum Insulis adjacentibus; iis vero additis, quae juxta Rubricarum Regulas, et generalia S. R. C. Decreta, ejusdem Ecclesiae Oppidi Villafranca del Vierzo vere sunt propria.

Facta autem per infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo D. N. Pio VII. P. M. relatione, S. S. S. C. responsa approbavit, confirmavit, atque ita in supradicta Ecclesia servari mandavit. n. 4542 die 30. Septembris 1817.

Nota Gard. ad hoc Decretum:

Calendarium Romanum universale est, et ad totum catholicum orbem extenditur. Quapropter Calendaria particularia Dioecesium, Ecclesiarum, ac Ordinum Regularium in eo tantum differunt ab illo, quia retentis Officiis, quae omnibus praeceptive communia sunt, alia his adduntur, quae peculiariter pertinent ad Dioeceses, Ecclesias seu Religiones, ut illa sunt Titularis, Patroni principalis, Dedicationis, et alia, quae forte locum habent, vel ratione Corporum, et Reliquiarum insignium, vel ex concessione Apostolica. Neque iis, qui proprium Calendarium non habent, licet assumere Calendarium unius vel alterius Dioecesis, quia, ut diximus, unum dumtaxat est Calendarium Romanum, quod universale sit. Id adeo verum est, ut supplicanti Clero Civitatis et Dioecesis Brugnaten. pro facultate sese conformandi Calendario Metropolitanae Januensis, cum proprium non haberet,

S. R. C. respondit sub die 16. Sept. 1673: Utantur Calendario Romano. Cum itaque Capitulum Oppidi de Villafranca del Vierzo minime modo pertineat ad Dioecesim, vel Toletanam, vel Astoricensem, sed Nullius denominetur, et sit; plane consequitur, non posse arbitrarie in persolvendis horis Canonicis ordinem sequi Calendarii Astoricensis, sed debere universali Romano uti, additis illis tantum modo Festis et Officiis, quae, ut notatum est, vel proprie ad eam pertinent Ecclesiam, vel a Sede Apostolica eidem sunt indulta.

A sexaginta annis in Ecclesia Colleg. Nullius in Dioecesi Spiren. nulla petita vel obtenta S. Sedis facultate plura recitantur Officia Dioecesis Spirens., quae non reperiuntur in Brev. rom. nec constat a S. Sede fuisse approbata: Quaeritur: an dicta Ecclesia non obstante memorata consuetudine, reasumere possit Officium divinum juxta Calendar. rom. et relinquere Officia praedictorum Officiorum? Item quaeritur de Officio dedicationis Cathedr., quod in Ecclesia Colleg. exempta recitatur sub ritu. dupl. 1 cl. cum octava? S. C. resp.: Affirmative n. 4330 ad 1 die 21. Jan. 1766.

### CALIGAE.

(Dignitar., Canon. etc.)

(Jus deferendi.)

Vd.: *Annulus Canon. et Dignit.* (decr. n. 4224; *Usus Pontif.* (decr. n. 4593 ad 8; n. 4882 etc.)

### CALIX.

1) Benedictio.

Vd.: *Benedictio Parament., calicum etc.*

Calix et Patena solummodo per Episcopum consecrantur et si fuerint denuo deauratae, indigent nova consecratione S. R. C. 14. Junii 1845.

### 2) Dignitariorum.

Non potest prima Dignitas Cathedr. Spol. anteferri calicem in altari, illumque ante expletum Sacrificium removeri facere. n. 2967 ad 5 die 20. Sept. 1681.

Vd.: *Usus Pontificalium.*

### 3) Execratio.

Vd.: *Execratio Calicum etc.*

### 4) Extersio.

*Ad dubium:* an Sacerdos debeat extergere purificatorio guttas vini adhaerentes lateribus interioribus cup-pae calicis, quae aliquando resiliunt, dum praeparatur calix? S. C. resp.: Praxim extergendi calicem purificatorio magis congruere et summopere laudabilem esse. n. 4526 ad 28 die 7. Sept. 1816.

### 5) Locus infra incensationem crucis.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXX n. 16.*

### 6) Purificatio.

a) Omittenda.

Vd.: *Calix (usus duorum.)*

In die festo Nativitatis Dom. in I. et II. missa non debet fieri purificatio Calicis. n. 3635 die 16. Sept. 1702.

b) Vinum et aqua.

BEATISSIMO PADRE.

Il Sacerdote Giuseppe Gasparetti da Castedemilio Diocesi di Ancona domiciliato in Roma divotamente espone, che per serie malattie sofferte, è obligato bere sempre l'acqua, ed è talmente alieno del vino, che non può soffrirne nè anche l'odore. Per ovviare adunque quegl' inconvenienti che potrebbero nel tempo del S. Sacrificio sconcertarlo anche con irriverenza del Santissimo Sacramento, implora l'Apostolica Dispensa di non usare il vino nelle due purificazioni dela Santa Messa, e così sumere solo

il Sacro Sangue, e poi usare per le purificazioni la sola acqua, Che ec.

„SSmus D. N. Pius IX. P. M., referente subscripto S. R. C. Secretario, attentisque expositis, de speciali gratia benigne commisit Rmo. D. Card. Urbis Vicario, ut constito de veritate expositorum per authenticas probationes petitum indultum Oratori largiatur extenden. quoad eadem salutis perdurent incommoda.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5061 die 15. Jan. 1847.

BEATISSIME PATER.

Placidus Bruno de Gandraundo Sacerdos Saec. Oppidi vulgo Manquèa in Dioec. Calaguritan. ad Vestrae Beatitudinis pedes provolutus humillime ex gratia postulat facultatem ad faciendam cum sola aqua purificationem Calicis, et ablutionem digitorum in Sacrificio Missae propter repugnantiam ad vinum ob difficultatem digerendi illud, ob quas causas non utitur vino regulariter extra Missae Sacrificium. Et Deus etc.

„SSmus D. N. Pius IX. P. M., referente subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia annuit; dummodo preces veritati nitantur.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5092. (Sine dato; Est intra 5. Mart. — 7. Maii 1847.)

### 7) Sacerdotis defuncti.

Vd.: *Sacerdos defunctus; Sepult.* (Sacerd. def.)

Potest retineri Consuetudo ponendi calicem in manibus + Sacerdotis. S. R. C. 23. Maii 1846.

### 8) Tangend. in collat. Subdiacon. et Presbyt.

Vd.: *Subdiaconatus* (Calix tangend. etc. decr. n. 4565 ad 7, 3.)

### 9) Tractatio.

Calices contrectare Clericis tantum non Laicis in Sacristiis inservientibus